

Haud visa est expedire erectio novae Sedis Episcopalis pro *Wilmingtone*: placuit quoque differri erectionem Vicariatus Apostolici pro *FLORIDA*, atque erectionem Archiepiscopalis Sedis *Bostoniensis*.

Demum quod pertinet ad subsidia pro Episcopi sustentatione exhibenda, S. C. probavit quæ suggerabantur, nimurum pro nunc sufficere declarationem quoad Episcoporum jus in genere; quoad modum vero expectandas esse propositiones Conciliorum Provincialium.

Superest proinde ut Amplitudo Tua diligenter, prudenterque hæc omnia exequatur, prout cetera Delegati Apostolici pro gravissimo hoc negotio Plenariæ Synodi hactenus gessit.

Romæ, ex Ædibus S. C. de Propaganda Fide,  
die 12 Augusti 1853.

J. PH. CARD. FRANSONI, *Præf.*

AL. BARNABO, *a Secretis.*

*Covington*, Rev. P. Georgio Carrell, S. J.; *Quincy*, Adm. Rev. D. Josepho Melcher; *Natchitoches*, Adm. Rev. D. Augustino Martin.

Revmus D. Michael O'Connor, a Sede *Pittsburgensi* ad novam Episcopalem Sedem *Erie*; Revmus vero D. Jacobus O. Vandevelde a Sede *Chicaginensi* ad *Natchetensem*, suo rogatu, translati sunt. Rev. autem D. Josue M. Young *Pittsburgensis* Episcopus electus est.

Revmus D. Joannes Lamy designatus est Episcopus *S. Fidei*, cuius prius erat Vicarius Apostolicus.

Revmus D. Joseph S. Alemany ad novam Sedem Archiepiscopalem *S. Francisci*, in California, translatus est ab Episcopali Sede *Montisregis*, quæ Rev. Thadæo Amat C. M. tributa est.

Demum Vicariatu Apostolico *Peninsulae Superioris Status Michigan* præfectus est Adm. Rev. D. Fredericus Baraga.



## INDEX ET ORDO RERUM.

---

|                                                                                                                                                                         |    |
|-------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------|----|
| BREVE Apostolicum quo Archiepiscopus Baltimorensis Concilii præses constituitur . . . . .                                                                               | 3  |
| Litteræ indictionis . . . . .                                                                                                                                           | 5  |
| Acta Concilii . . . . .                                                                                                                                                 | 7  |
| Decreta Concilii . . . . .                                                                                                                                              | 43 |
| Epistola Patrum ad Summum Pontificem . . . . .                                                                                                                          | 53 |
| Decretum pro synodi confirmatione . . . . .                                                                                                                             | 56 |
| Decretum quo prorogatur facultas adulos eadem ac parvulos forma baptizandi . . . . .                                                                                    | 57 |
| Indultum de sacris ordinibus titulo missionis conferendis . . . . .                                                                                                     | 58 |
| Indultum de instituenda sodalitate precum pro conversione acatholicon . . . . .                                                                                         | 59 |
| Epistola Emi Præfecti Congreg. de Propag. Fide, de episcopis per subsidia ex propriis diœcesibus juvandis, et de presbyteris Ordines regulares ingredientibus . . . . . | 61 |
| Altera ejusdem Epistola de novarum Sedium Episcopaliū erectione                                                                                                         | 63 |